

Andreas Cricius episcopus Premistien-  
 ensis, Petro Tomicio episcopo Cracovi-  
 ensi regni Polonia vicecancellario.

106

Reverendissime mi domine. Retulit mihi he-  
 sterno vespere famulus domini Petri Opa-  
 lenski actos se presente conventus Posna-  
 nie, et in Troda, in utroque decretum ut  
 nuntius ad maiestatem regiam mittatur,  
 et ex Troda quidem significatum fuisse, ne  
 quis eorum eligeretur, qui nuntii erant in  
 conventu generali, quod perperam omnia age-  
 re soleant. Verum Posnania iam Gostinski  
 electus fuit, is die crastina vel perendie ve-  
 nire una cum altero quodam ex Calissiensi  
 palatinatu debet. Retulit etiam idem famu-  
 lus turbas illic fuisse, alios instinctu Go-  
 stinski egisse gratias domino Posnaniensi,  
 quod se officium resignaturum obtulerit, ali-  
 os item reclamasse, sua nihil referre, utrum  
 unus omnia, an singuli singula obtineant,  
 modo ut pax fruatur. Petiti sunt hi  
 nuntii productionem termini belli, et con-  
 ventum ante motionem, sicque conicitur,  
 quod in eo contributionem aliquam deurnere  
 vellent. 1524. in Decembri.

